Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inhec incidisse noscuntur. in quibus liberum non habuere iudi
cium. Ne itaque vel resipiscentium desidia. mora longior
fatigaret. vel incuriosa facilitas temere aliquos vel sine
discretione susciperet. iniunctum est ab apostolica sede di
rectis. ut in consortium suae deliberationis ascito. constan
tinopolitanae urbis antistite. vel pestilentiae contagia
non admittantur. et sanitatis remedia non negentur. Quae
industria in omnibus quae nequiter sunt gesta emendandis
celerem iuuante domino consequetur effectum. si reparationi
pacis ecclesiasticae operam suam uestram pietas dignetur ad
iungere. vobis ita regnantibus ut regnum dei inter uos
habere mereamini. katholicam fidem nulla fal
sitas uiolet. nulla heresis inquietet. nec cuiquam
liceat doctrinam euuglicam deserere. vel sacerdotali
honore gaudere. Synodum uero fieri ut uestram memi
nit clementia etiam ipsi poposcimus. scilicet sacerdotes
omnium prouinciarum congregare praesentis temporis ne
cessitas nulla racione permittit. quomodo illae prouinciae
de quibus maxime sunt euocandi. inquietante bello ab
ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Unde opor
tuniori tempori propiciato domino cum firmior fuerit
restituta securitas. iubeat uestra clementia reserua
ri. De qua re plenius inter ceteras pietatem uestram possunt
allegare quos misi. Leo papa Pulcheriae aug. data
Religiosae pietatis uestrae. ii. idus iuuii. sss. cons.
sollicitudinem quam uniuerso mundo deo inspirante
consultis. crebrioribus alloquiis incitare praesumo.
ut operum nostrorum profectum necessaria perfectio sub